

I  
T plerumq; quod e; a; rursum  
gant; mente; a; t; e; a; f; i; p; i; a; s; t; e; a; i;  
lat; q; u; i; a; q; u; l; a; u; e; n; c; e; r; a; u; m; p;  
p; e; n; s; o; t; e; a; s; e; d; i; m; u; l; l; u; n; i; c; e; a; g; u; l; i; n; u;  
m; y; f; i; t; e; n; u; n; c; a; t; a; m; m; o; n; i; s; d; o; m; m; a; c; e;  
-  
u; e; p; o; m; u; n; d; h; u; u; s; a; c; h; o; n; b; d; e; d; i; n; u; l;  
a; l; u; i; f; u; m; e; n; t; u; l; l; a; b; o; t; t; e; t; e; n; o; a; l; u; l;  
l; a; t; u; m; l; u; c; t; i; n; h; a; t; a; t; e; .  
C; u; a; e; n; u; m;  
t; o; n; e; u; e; t; o; t; e; e; a; c; t; o; n; i; u; e; r; i; e; t; e;  
u; n; m; o; d; e; t; a; n; e; n; c; i; m; b; e; r; e; .  
n; r; e; c; e; p; a; c; e;  
-  
n; e; f; i; a; l; .  
I; n; u; l; l; a; t; e; e; l; .  
n; r; e; c; e; p; a; c; e;  
-  
V; u; d; e; d; i; c; t; u; t; y; A; t; u; l; u; c; e; r; e; s; a; b; e; c; e;  
d; e; l; e; c; t; a; t; o; .  
T; r; e; n; t; a; m; a; l; .  
J; e; f; e; r; e; s; a; b; e; c; e;

F E I S M U T S E I E R S F E P P

CONTINENTUR HIC VOLUMINI  
DUXCANI INDEX! SCOTI

Disputationes,

Theses Logicae.

Propositio[n]es Astronomicae de Dierum et Annorum differentiis  
De facultate vegetante.

De Philosophia ejusq[ue] Instrumentis.

In XI. Meteororum de Misericordia e Disp. I.

In XII. Meteororum de Concordia . . . Disp. II.

Disp. Pathologiarum, I. de Morbis.

II de Cais Morboru[m] in gre.

V.

VI.

II X.

Disp. posterior de Praesagijs

De Peste disp. prior.

De Natura et Facultatib[us] medicamentorum.

De Compositione et Preparatione medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib[us], Scarificatione

De Febris Naturae

disp. I.

De Febribus

II.

De Fibribus

III.

5.

IN QVARTVM METEORORVM DE  
mistorum affectionibus ob primas  
tactiles qualitates

*Disputatio Prima*

DE MISTI GENE-  
RATIONE EIVSQ. COR-  
RVPTIONE IN PRIMIS VERO  
DE CORRUPTIONE NATU-  
rali quæ putredo dicitur.

Proposita in illustri Academia IULIA

A

M. DVCANO LIDDELIO SCOTO  
*mathematum Professore*

Quam publicè defendere conabitur

ADAMVS LVCHTENIVS HVXARIENSIS.  
Erit disputatio 14. Junij.



• • •  
HELMAE STADII  
Excudebat Iacobus Lucius Anno 1593.



REVERENDO ET ILLV:  
STRI PRINCIPI AC DOMINO, DO-  
MINO THEODORICO A BERINCKHAV-  
sen imperialis monasterij Corbeiensis Dei.  
gratia Abbati dignissimo, Do-  
mino suo clementissi-  
mo

*Dedicat consecratq; hasce propositiones*

Adamus Luchtenius Respondens



Excepit Iacobus Thicins Annis 1583  
HERMANNI STADII

**I.** Væ sub cœlestibus naturâ immutabilibus, in imo  
mundi continentur corpora, aut simplicia dicun-  
tur, aut ex simplicibus composita. Simplicia sunt  
illa quatuor prima corpora, quæ elementa &  
sunt & denominantur, quod ex ijs velut parti-  
bus secundum speciem minimis mixta gignantur  
in eaq; refoluantur.

**2.** Huius generationis, & commixtionis gratia ipsa elemen-  
ta quasdam causas naturaliter habebunt, & facultatibus certis  
prædicta erunt, quarum vi in se mutuò agunt, & à se mutuò pa-  
tiuntur, ac inuicem miscentur.

**3.** Eiusmodi proximæ causæ & facultates aliæ nullæ sunt,  
quam quatuor primæ tactiles qualitates, quibus *naturæ* *causæ* diuiduntur & cognoscuntur elementa. Hæ ut contrariæ  
sunt seseq; mutuò perimunt & contundunt, actiuæ sine discri-  
mine vocantur, quatenus verò ad mixti constitutionem con-  
currūt, pari efficacia præditæ nō sunt sed, duæ actiuæ calor & fri-  
gus, quæ efficientis rationem habent, duæ passiuæ, siccitas &  
humiditas, quæ conditionem materiæ magis obtinent, dicun-  
tur, & his quoq; viribus definiuntur ac distinguuntur.

**4.** Nam illarum duarum est motus excitare, regere, & de-  
terminare, sed seorsim caloris materiam digerendo & elabo-  
rando, quæ similium partium sunt in vnum colligere & conser-  
uare: frigoris verò est cogendo quæ dissimilium partium sunt in  
vnum confundere atq; ita continere.

**5.** Reliquarum verò duarum est ad motus illos perpetien-  
dos subiectum disponere, determinationem & transmutatio-  
nem sustinere. Nam nisi corpus ratione passuarum qualitatum  
perpeſſum aliquid sit, mouente & determinante calore & fri-  
gore concoqui, maturari, & cæteras effectiones, quæ ei natu-  
raliter conueniunt sustinere non potest: seorsim tamen propter  
humiditas.

humidum quod ab alio facilè terminatur & coërcetur, corpora determinationem magis & figuram suscipiunt, propter siccum eandem magis retinent, ac ab alio determinationem non facile admittunt.

6. Proinde actiuæ inter se comparatæ pariefficacia ad agendum, & passiuæ ad patiendum, præditæ non sunt, sed potior ad agendum & perficiendum vis calori & ad determinationem sustinendum, aut alio modo patiendum potentia humiditati tribuitur.

7. Hæ sunt illæ quatuor causæ, quibus velut instrumentis non modo elementa in se mutuò transmutantur, vt alibi declaratur, sed & ea quæ ex elementis sunt composita apta redundat & excitantur ad varias perpessiones & affectiones sustinendas, de quibus 4. meteor lib. ab Aristotle tractatur.

8. Harum affectionum prima est mixti propriè dicti siue homogenei generatio, cui à contrarijs causis opponitur eiusdem corruptio. De quibus duabus nunc dicemus.

9. Ac primum generatio propriè dicitur, qua priore aboluta noua substantialis forma acquiritur. Hæc in mixtis *συγκριτικού* clementorum introducitur, quatenus à primis illis qualitatibus debitè disponuntur.

10. Nam quando elementa quatuor viribus paria concurrunt propter communem materiam, & contrariarum qualitatum actionem ita se primum contundunt, deinde vniunt, vt contemporatis eorum actibus, velut materia vni formæ, & actui sese substernant.

11. Vniunt verò in illa confusione sese elementa tum primum vbi passiuæ qualitates, quæ conditionem materiæ habent dominio actuarum mutua actione contemporatarum subjiciuntur, atq; ita determinantur, vt naturæ illius, quod mixtione oritur, propriè conueniant, & formæ educendæ ac conseruan-

dæ in-

dæ inferuant: non enim omnium mixtorum vna proportio est, sed sua cuiq; crasis proprium formæ instrumentum.

12. Ac proinde ex his causis definitur ab Aristotele generatio mixti, transmutatio à qualitatibus actiuis profecta, cum λόγοι obtinuerint ex materia vnicuiq; formæ subiecta. Hæc materia passiuis qualitatibus designatur.

13. Omnis quidem mixti generatio elementorum συγκρίσις siue progressionē ab esse elementorum ad esse mixtorum perficitur, sed in ea progressionē non omnium formarum eadem est ratio. Nam aliæ illa elementorum mixtione immediatè producuntur, quæ ad aliam non referuntur, aliæ certos formarum gradus requirunt, quarum interuentu producantur, in quibus συγκρίσις elementorum ab imperfectiore natura ad perfectiorem promouetur, & prior forma posterioris gratia desideratur, eiusq; priuationem includit.

14. Vis quidem generandi actiuis qualitatibus tribuitur non seorsim sed propriè calori, vt potiori quatenus à frigore contemperatur, non frigori, quod concretionem aliquam & externam determinationem quibusdam perfectè mixtis (de quibus hic sermo est) superaddit, & cogendo, aut quod tenuius est exprimendo heterogenea etiam vnit.

15. Nam caloris ita contemperi natura est, si materia quæ sicco & humido describitur obedierit, concoquere, determinare, aliena separare, & quæ semilium partium sunt in vnum colligere, quibus collectis vnicuiq; formæ sua materia subjicitur, & aliquid naturâ definitum producitur.

16. Sin verò calor iste inferior fuerit, & proportioni materiæ non respondeat, non perueniet ad hanc naturæ terminum, sed cruditates & imperfectæ species orientur.

17. Itaq; caloris huius vt proportioni materiæ correspōdet, virtus erit elementorum motus finire, & dissidentium concordiam ac σύμφυσιν efficere, vnde σύμφυτο siue mixto connatus

dicitur. Hic omnibus perfectè mixtis, quatenus mixta sunt & partibus homogeneis constant communis est, cuius ratione à *τάσει* ijs ascribitur: quamdiu enim hoc calore proprio formæ instrumento materia determinatur, tamdiu mixtum permanere iudicatur.

18. Proinde alius erit hic calor à calore animali proprio animæ instrumento, cuius participatione vita definitur, licet uterq; naturalis sit, & alius ab utroq; calor *κατά τάσην*, deinde alia animati, aliamixti generatio.

19. Nam calor viuificus corpori dissimilium partium principium mutationis, vegetationis nimirum tribuit, & humidum suum non tam continet quam depascit, vnde non *σύμφυτος* sed *ένθυτος* dici solet: connatum enim mixto mixtum à naturali statu non mutat.

20. Gignitur verò animatum à plastica facultate semini, vel materiæ, quæ seminis rationem habet insita, instrumento viuifici caloris qui cœlestis propriè non est (alioqui ei nec qualitas nec quantitas ascribi poterit) sed virtuti cœlesti quodammodo proportionalis, cui velut materia substernuntur & subseruiunt illæ facultates elementorum, quibus perficitur mixtio, & similarium partium compositio.

21. Proinde corruptio alia mixtis, alia animatis propria erit. Nam corruptio animati ratione formæ organicæ, quæ heterogonea continet, dicitur, & extinctione viuifici illius caloris producitur, ac mors propriè vocatur. Extinguitur autem iste calor, vel naturaliter decursu ætatum *εἰδίᾳ τροφῆς* depasto humido radicali: vel violenter à causis externis, quibus vel *κατα μάρασιν* elangescit, vel *κατὰ σβέσιν* suffocatur & opprimitur.

22. Corrumperit autem mixtum quando calor in mixtis conatus, quo vno partium similarium absolvitur, cum suo humido euocatur, transmutatur, aut alio modo tollitur. Nam hoc vinculo sublato in mixtis elementa τῆς *σύμφυσεως* unitate desti-

tuta

tuta dissoluuntur aut transmutantur, & corruptio fieri intelligitur.

23. Vocabulum autem corruptionis duobus modis sumitur, uno propriè quando in sua elementa mixtum dissoluitur, aut in unum aliquod primariò transmutatur, de qua hic tantum agitur: alio impropriè & secundum quid, quando ex imperfetiore perfectius producitur, quæ generatio propriè dicitur.

24. Corruptio mixti propriè dicta, vel naturalis est, vel violenta; naturalis, cum in ea ex quibus digniturn mixtum dissoluitur. Digniturn naturaliter *οὐνιγότει* elementorum, quando à calore temperato humidum cum sicco unitur. Proinde corruptio naturalis eorundem elementorum *διανπίστει* intelligitur, & illius caloris dissolutione, ac humidi à sicco separatione perficitur, qualis corruptio propriè putrefactio vocatur.

25. Violenta verò corruptio est, quando in sua singula elementa non dissoluitur, sed transmutatione in unum aliquod primariò transit, qualis in combustionē conspicitur, qua totum mixtum in ignem transmutatur, excepta parte aliqua terrea, quæ ob resistentiam non absunitur, sed in cineres vertitur.

26. Ex quibus patet, quas præter has Argenterius assignauit corruptionis species, mixto ut mixtum est non conuenire: ac eundem cum Erasto corruptionem animati cum naturali mixti corruptione quæ putrefactio dicitur, confundere.

27. Non tamen animatis & animatorum partibus putrefactio adimitur, sed mors corruptio animatis propria, quæ extinctione caloris viuifici designatur, via ad hanc putrefactionem iudicatur. Nam sublato calore viuifico alienum circumstans & quod planè non unitum est & assimilatum partibus, calor similaribus partibus conatus regere, & ab interitu, & dissolutione mixtum conseruare nequit.

28. Deinde in ipsis viuentium corporibus ab obstructione prohibita transpiratione & interdum à causis externis putri-

di vapores excitantur, humores corrumpuntur alieni permissione, partium similarium uno planè dissoluitur, quæ tamen omnia viuentibus ratione mixtionis & *καρπωσις* quæ viuifico calori subseruiunt tribuuntur.

29. In inanimatis verò putredinis tot tamq; diuersæ causæ non sunt, attamen ratione primarum qualitatum ad mixti generationem non aliter putredo se habet, quam ad iuuentutem in viuentibus senectus.

30. Verum vocabulum putrefactionis non uno modo sumitur, sed *τρόπος εἰ*, quibus tamen omnibus commune est, ut quæ putrescunt calore *τὸς τρεπέχοντος* à Natura sua recedant, deinde vt ratione illius putredinis nihil propriè gignant, sed *εξίηλα* siue euanida propriè fiant.

31. Propriè dicta putredo mixto vt mixtum est conuenit, quatenus actione peregrini caloris humidum insitum à sicco separatur, & *σύμφυσις* elementorum dissoluitur.

32. Peculiariter & *κατὰ μέρος*, excepto igni, cui alienus calor non dominatur, nec eam, quam cætera, permixtionem sustinet, reliquis tribus elementis putredo tribuitur cum à natura sua recesserint. Recedunt autem à natura sua vel alieni imperfecta permixtione quæ dissolutione separatur, vel vt infœcunda, vel ad mixti perfecti constitutionem & conseruationem inepta efficiuntur.

33. Propriè dicta putredo ab Aristotele definitur corruptio caloris natiui in unoquoq; humido facta à calore peregrino.

34. Consistit enim putredo euersa proportione in *διακρίσις* elementorum, quibus mixtum coaluit, siue separatione humidum à sicco quam sub caloris natiui, definientis & continentis corruptione comprehendit. Nam exeunte calore, quo humidum continetur, naturalis humiditas una difflatur, ac proinde quæ putrescunt, licet initio dum à centro humor extrahitur, quo ad superficiem humidiora videantur, in fine dissipato calore

lore cum humiditate frigidiora & sicciora redduntur, quo usq;  
in terram & simum permittentur.

35. Efficiens causa calor peregrinus dicitur non nativus, qui  
concoctionis & conseruationis causa est, nec frigus aut siccitas  
quæ dissolutioni resistunt, nec humiditas per se, licet ad su-  
beundam putredinem corpora disponat.

36. Verum hic calor peregrinus non quiuis aduentitius &  
*καταίωσις* est, sed naturæ contrarius & *ἀσύμμετρος λόγος* mi-  
xti perueriens, qui & *τῆς περιέχουσας* dicitur, sub quo non intel-  
liguntur illa calefacientia tantum quæ foris contingunt & tria  
mundi elementa, sed etiam quæ intus immutant, qualia sunt ab  
obstructione & prohibita transpiratione vapores intro colle-  
cti, vnde in corporibus humanis febres putridæ, & similia  
oriuntur, in nucibus, pomis, & similibus, extremis partibus in  
corruptis, intus circa nucleus putredo primum excitatur.

37. Elementa illa mundi pro qualitate sua corpora conten-  
ta & circumscripta ad putredinem nonnunquam disponunt,  
veluti aër calidus & humidus corpora relaxat, seseq; insinuans  
calorem natuum edicit & putrefacit.

38. Aliquando etiam circumstans frigus spiraculis obstru-  
ctis calorem ad intrò reuocare, & calidis expirationibus exci-  
tatis putredinem inducere solet, per se verò magis putredini re-  
sistere iudicatur.

39. Modus autem quo fit putrefactio est, ut calor hic pere-  
grinus materiam subiectam in suam naturam non planè con-  
uertat, aut subitò transmutet, quod in combustionē contingit,  
sed ut insitum calorem in unoquoq; humido sensim corrumpat.

40. Proinde corruptio hæc non est *σβέσις* à contrario frigo-  
re licet ab externo frigore calor nativus debilitatus minus do-  
minetur, & facilis succumbat, deinde exeunde calore nativo  
frigus succedat, vnde altera putrefactionis causa frigus ab  
Aristotele vocatur, sed veluti *ἄναρξις* & *senectus*, non qualis in  
anima-

animatis ab ἐμφύτῳ calore depascente suum humidum, sed ab externo calore dominante in materia, deinde educente & euocante calorem natuum, qui naturaliter in proprio humido subsistit, sed ubi euocatur, vehiculum aduentitium quoq; humorem interdum acquirit.

41. Hoc calore abeunte humidum natuum una diffatur, ac tamdiu putrefactio fieri dicitur, quamdiu humidum natuum est, (in quo subsistit calor) quod à sicco separatur.

42. Putredinem ab his causis & hoc modo fieri sequentia signa & causæ ostendunt. Nam ab evaporatione humidi dissipato calore putredinem fieri, siccitas cum frigiditate succedens usq; dum in terram & simum mixtum permutetur, evidenter probat. Deinde causam huius vi externi caloris prædominantis fieri, ignis nunquam putrescens arguit. Nam ob efficaciam caloris & potentiam agendi cætera elemēta igni materia sunt.

43. Natura quoq; eorum quæ facilius vel difficilius putrefascunt idem manifestè confirmat. Nam ob alias nullas causas difficilius putrefascunt corpora hieme defectu ambientis caloris quam æstate; deinde concreta, & ratione, externi frigoris determinata, ut metalla, quod calori externo magis resistant. Tertiò quæ copiose calore naturaliter prædicta sunt. Quartò quæ motu carent, quam quiescentia quod ambientis calore minus calidè tangantur. Quintò magna & multa ob caloris interni copiam quam pauca: modo illius multitudinis ratione exspirationes intro non colligantur, quod in aceruis frumenti fieri videmus.

44. Tandem vero quod hæc humidi à sicco separatioe, ductio ne caloris natui fiat, ostendunt vermes, qui in putrescentibus lignuntur, quorum causa non potest esse externus calor dissoluens compositionem, sed in viuifica άναγέρεις, siue calor internus, cuius vi in illa dissolutione materiae pars utilior segregata ab inutili, ad nouam compositionem & generationem promouet.

45. Ex

45. Ex his quæ dicta sunt manifestum est putredinem duobus modis mixto conuenire posse, uno ex toto & absolutè quando in elementa planè dissoluitur, & ad sensum præter terram aut simum nihil relinquitur: alio *κατὰ μέρος*, quæ putrefactio non eodem respectu semper dicitur. Nam vna poterit ex parte putredo dici, gradus ad perfectam putrefactionem, ubi peregrinus calor non ita dominatur & unionem dissoluit, quin superari & vinci à natura queat, qualis in febribus nonnullis conspicitur. Hæc putredo sub priori continetur.

46. Alia verò ex parte putredo, quæ composita cum generatione quadam est, in qua *διάχρονος* elementorum nouam *σύνθετην* coniunctam habet, qua separatio putrescentium & coalescentium in nouam mixti speciem determinatur. Propriè enim *ἀδεια οὐτόμενον ἀλλὰ τεττόμενον γίνεται* cum putrefactio dissolutionis, generatio compositionis causa sit. Eiusmodi putrefactio illorum dici poterit, in quibus animalia nascuntur, & talis quoq; in nonnullis naturalibus concoctionibus conspicitur quando ab inutili materia utilis separatur.

## Coronides.

### I.

Qui elementa impermutabilia asserit, & communem materiam qua in se mutuò transmutantur, ac inter se miscentur ijs adimit, non modo alterationem, perfectam mixtionem, & generationem è medio tollit, sed & vniuersam penè physicam conuellit.

Omne

II.

Omne continuum infinitè diuiduum esse,  
seu in nullo continuo minimum dari , tam ve-  
rum in physica quam Geometria. Quo funda-  
mento sublato Geometriam corruere necesse est.

III.

An definitio illa putredinis quam ii. methodi.  
cap. 8. proponit Galenus, genuina & perfecta dici  
poterit, nimirum quod sit μεταβολὴ τῆς ὀληστῆ σώματος  
ὑπομένης ἐστίας ἡ Φθορὰ, εἰπὼ τῆς ἐξωθεν θερμασίας.



99 A 6903

(Nr. 24  
richt  
aufgerichtet)

ULB Halle  
002 636 220



(9)

V077

TA-OL



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres  
Inches

5.  
METEORORVM DE  
ctionibus ob primas  
s qualitates  
*tatio Prima*  
TI GENE=  
EI VSQ. COR=  
N PRIMIS VERO  
PTIONE NATV-  
putredo dicitur.  
tri Academia IVLIA  
A  
IDDELIO SCOTO  
*tum Professore*  
defendere conabitur  
ENIVS HVXARIENSIS.  
*tatio 14. Iunij.*  
  
AESTADII  
opus Lucius Anno 1593.

